

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

Iesus in cruce leuatus, inter latones medius ponitur art. & hom. XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

maledictos illos proferret? & nouissime verbum benedictionis, quale à seculo non est auditum, pro inimicis suis effudit. Quid hoc viro mansuetius, quid benignius & anima mea vidisti? Considera peccatum illud dulcissimum, quam tranquillitatem pietatis obseruavit. Non suam ostendit iniuriam, non peccatum reputat, non sentit contumelias, sedipnis potius à quibus patitur, ille copatur: à quibus vulneratur, ille medetur: vitam procurat, à quibus occiditur. Hæc ille. O quam dulcis melodia hæc inter malleatorum audiebatur iesus, qua nimurum se Iesus Dei ostendebat filium. Quippe qui diuinam potius quam humanam benignitatem crucifixoribus expresit, mansuetudinem miram in cōtumelijs, patientiam in aduersis retinens, auditur eos qui se crucifigebant excusare, & pro eisdem orare.

Inimicis nostris ut benefaciamus, illorumq; erratibus ut ex animo compatiamus, & ignoramus.

Quomodo
filij Dei efficiamur.
Matth. 5.

Inimicis cur tari, quam quod hic docetur, ut inimicis compatiamur nostris, qui se grauius fit compatiendum.
Inimici quācum profinetur homini.

Inimici ho-
noribus ac
beneficijs
prosequendi.

Hebrei 12.

Matth. 27.
Lucas 23.
Ioan. 19.
Esaie 53.
Marc. 15.

Quid hic discimus aliud, quam ut simus filii Dei, simus misericordes, simusq; perfecti, sicut pater noster cœlestis perfectus est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, diligendo inimicos nostros, benefaciendo eis qui oderunt nos, & reddendo pro malo bonum, pro nulla offensione querentes vocationem? Nihil enim discere possumus nobilius, nihil cōtemplari magis eximium, nihil deniq; fructuosius imitari, quam quod hic docetur, ut inimicis compatiamur nostris, qui se grauius quam nos laudent, imò qui nobis, si volumus, ad patientia conducti coronam. Quamobrem pro illis non aliter atque pro amicis, qui in multis profunnum bis, oremus. Faciunt sollicitos, faciunt circumspectos, dant patientia occasionem, tollunt inanem gloriationem aut iactantiam, defectus quoq; & infirmates nostras nobis ostendunt: & breuiter quicquid nobis adulatorum facta blandities, quicquid laudantium nos turba nobis aduehit mali, hoc perseque-tes & inimici sanant. Exemplo igitur Christi, eiusdemq; amore, non solum absq; murmure & vindicta toleremus ingratos & inimicos, verum etiam hono-ribus & beneficijs animo sincero eos prosequamur. Quapropter recondein corde tuo verbum hoc salutiferum Iesu Christi, ut quotiescumq; tibi senseris aduersari inimicos, atq; contra te aliquid machinari, respicias mansuetudinem patientissimi Iesu, & eius amore, eiusq; studio imitationis excitatus, no finas ut ira, vindicta, appetitus, huc impellat, ut pro malo consentias in-ferre malum. Recogit eum qui aduersus senet ipsum sustinuit contradictionem, ne fatigeris armis tuis. Recordare quid pater atq; sp̄s tuus de inimicis suis di-cherit, quomodo in eos fuerit virtus, Nempe excusatuit eos, pro illis orauit, quia eos, licet essent ingrati, licet duri essent ac mali, nunquam amare desit. Tu itaque parimodo congerisce, condoleat illis, quia capti vel à propria passione ira, vel à tentatoris laqueo, agunt quæ nesciunt.

IESUS IN CRUCE LEVATUS, INTER LATRONES
medius ponitur. Artic. XLIII.

Et cum eo crucifixerunt hinc & inde duos latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris: medium autem Iesum. Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cū iniquis deputatus est.

HOMIL.

HOMILIA XLIII.

IVxta opinionem communem doctorum, qui Iesum in terra super ligno crucis iacentem, tradunt extensum crucifixum (sunt enim & alij, qui Iesum per scalas cum crucifixoribus, crucem antea erectam ascendisse, atque crucifixum esse putant) vbi in terra quicquid volebat, in Iesu crucifixione expleuerant, eleuarunt tortores impij cum clamore atque strepitu magno crucem, Dominumq[ue] simul Iesum in cruce affixum, in altum. Addunt autem nonnulli, quod verisimile est, quando Dominus Iesus erat crucifixus, eundem de crucifixionis loco ad foramen cui erat crux imponenda atque firmando, super terram & super lapides cum ligno crucis fune apposito protractum. Ibi erexitur crucis Christi erectio, psumq[ue] in cruce fixum elevarunt in aera, ut ab omnibus conspiciatur, ab omnibus videri, ab omnibus posset subsannari. Itaque fossa parata, vbi loris facta crux erat firmando, immittunt crucem eandem in foramen motu atque casu violento, vnde singula Christi tremuerunt membra, renouatiq[ue] sunt dolores eidem ac poenae, ampliata vulnera, fluxit quoque sanguis copiosius de eius corpore emanans, & crucem terramq[ue] rigans. Crucifixierunt autem cum eo Latronum in de duos latrones, medium verò inter illos ponunt Iesum, opprobrium Christi crucifixus fit duorum latronum caput & princeps. Attende hic matris virginæ tristitiam Matri Iesu atque moerorem, quandoquid oculos leuans, suum videbat dulcissimum vinculum, penitus atque doloribus repletum, tribus clavis irremediabili cruciatu cruce quantum ligno adhaerentem. Videbat nulli eius corporis membro praestari requiem. Videbat caput eius spinis obsecutum, quocunq[ue] illud Iesus verteret, quocunq[ue] reclinaret, nihil nisi exaggerationem inuenire doloris. Heu bone Iesu, quam dulciter cum hominibus conuersatus es, quam magna abundantissimaq[ue] eis es largitus, quam dura & aspera pro eis es passus, dura verba, duriora verbera, durissima crucis tormenta, & haec in omni parte corporis tui. Attende hic Suspediti volunt Christus quoq[ue] rationes, quare inter celum terramq[ue] Dominus voluerit in aere suspediti inter celum di. Prima ratio fuit, ut figura quoq[ue] suæ suspensionis, monstraret se Dominus & terram promediatorem inter celum & terram, inter homines & Deum, quos sua esset regnatio, priores rationes. Omnes ad se ipsum. Voluit enim docere, eos qui sua essent morte patri reconciliandi, à terra (hoc est, à terrena contumescione) esse abstrahendos, atque ad superbia appetenda exaltandos, quomodo id ipsum ipse quoq[ue] testatus est: *Si ex-Ioan. 22. altatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Tertia est ratio, quo euidenter Passionis pro quibus pateretur, & quis sequeretur passionem suam fructus, ostenderet, Christi frumentum quia pro angelica est ruina restauranda passus, pro animabus item ex cunctis qui limbo educendis, pro amicis quoq[ue] in mundo ad se colligendis, & pro inimicis sibi reconciliandis: eam ob rem pati moriisque voluit, quasi in medio inter celum terramq[ue] exaltatus.

Crucifigi cum Christo mystice quinam debeamus.

Disce hinc tibi in cruce viuendum, id est hoc modo, ut suspensus Christo viuendum inhaeres inter celum & terram. Quamdiu enim desideria tua adhuc quomodo sit nobis in sunt in terra, id est, terrena, nō dum es cum Domino exaltatus, neque ad cruce. Dominum traxisti. Si igitur sentis quod non traharis, ora Dominum ut traharis.